

A V R E A
P R A C T I C A

IO. PETRI DE FERRARIIS
PAPIENSIS, I. C. EXIMII,

Celeberrima quidem & perfectissima omnium, & iudicantibus, cau-
sarumque patronis utilis imprimis, ac necessaria: Iam olim,
FR. CURTII, BER. LANDRIANI, & aliorum
aliquot scholijs & adnotationibus adaucta.

IOAN. ANT. MASVERI CARAMANIENSIS, I. C.
& in sacro Subalpinorum Senatu Aduocati, perquam necessarijs ac-
cessionibus locupletata, atque emendata, necnon ex omni par-
te iussu SANCTISS. Inquisitionis repurgata.

Nunc verò Quarto & nouissimò excusa, atque ab infinitis propè erro-
ribus vindicata, & suo pristino candori restituta.

Adiectis suis locis receptarum Sententiarum, quas Communes Opiniones
vocat, Forensium Questionum, & Decisionum Centurijs.

Accessere Titulorum, ac libellorum nouus vnus, & rerum alter, al-
phabética serie locupletissimi Indices.

Joanadeley
de 1707
num. *A 241*
caso. *Q. 9.*
num. *D 84.*



Est conforme al
Yurgatorio de lo
40. por comision del
Rey.
Francisco Maldonado
Dupl.

Venetijs, Apud Altobellum Salicatum. 1586.

Ad Fortitudinis Insigne.

Coll. Soc. Reg. Salm. ex Off. Regum.



IOANNIS PETRI FERRARI PAPIENSIS,

IVRISCONS. CLARISS.

Aurea omniq; ex parte repurgata Praxis.

PRÆFATIO.



VONIAM vita brevis, ac incerta qua fruimur, sensusque hebes, negligentiae torpor, multimoda diuersorum occupatio, nos pauca scire permittit, & quae plerunque sunt scita iugiter, excutit & euellit fraudatrix obliuio, memoriae inimica. Necessarium fuit, ut prouidentia diuina in remedium infirmitatis humanae literarum usum mortalibus exhiberet, ut per illum quae gesta sunt, & geruntur, conseruarentur in æuū; nisi enim ipsa diuina natura Philosophos produxisset antiquos, quorum beneficio plura insinuata sunt posteris, quibus gaudemus, & eorum imitamur inuenta, unde merito ritus eorum colendi sunt a quibus tanti boni initia fluxerunt. Qua de re animaduertens ego Io. Pe. de Ferr. inter legum doctores minimus filius q. egregij doctoris D. Augustini, ciuis inclytæ ciuitatis Papiæ, q. diuitiarum & fortunæ gloria fluxa atque fragilis est, uirtutum autem gloria clara, æternaque habetur, quodque etiam nulli nato præclusa est uia aliquid inuentis adijcere, cum ipsa ueritas nondum sit occupata, sed ex ea multum futuris relicta est, proposui sequi eximij Catonis exemplum, qui 86. agens annum, ut ne memoriam tardiolem, aut laterum infirmitatem, aut quassatam carnem, aut membra torpentia, aut linguam impeditam quiscquam animaduertetet, græcis literis post

latinas appetijt erudiri. Et cū sibi eloquentiæ gloriā cōparasset, id egit ut iuris quoque ciuil. peritissimus haberet: & in mei aliqualem memoriā, ac Manfredi filij mei, necnō procuratorū, & notariorū dictæ ciuitatis Papiæ doctrinā, præsens opusculū modernæ iudicialis practicæ aggregare, sub breuiori, & clariori cōpendio q̄ fieri mihi possibile fuit, ut eo mediāte facilius uia sit singulis capere in biennio, ad quod q̄rendū antea difficile peruenire fuerat in decēnio. Itaq; fratres & filij prædicti alacri studio p̄ns opusculū sub memorabili noua ætate inchoatū anno nunc corrente 1004. quo anno mense Septēbris natus est prædictus Manfredus filius meus gratiosè suscipite, curiosè perlegite, & fructuosè memoriæ commendate, ut digni efficiamini rempublicam uelstro patrociniogubernare, ut inquit Imperator in proœmio Inst. in fi. in l. aduocatos. C. de adu. di. iu. Amputātes sollicitè materiam iurgiorum, per quæ Respublica læditur, & plerunque confunditur, ut l. si quis ingenuam. §. in ciuilib. ff. de capri. & posth. re. Sed qm̄ pauci ad anno 30. pauciores ad 40. paucissimi ad 60. perueniunt, & si tempora detrahantur dormitionis, ac infantilis, & decrepitæ ætatis, paruissimum tempus restat alicuius fructuosæ operationis. Ac secundum S. Tho. de Aquia. alius succedere debeat altior intellectus, nescio cōsulere alicui personæ, nisi forsitan clerico, aut magno diuiti, quod in huiusmodi scientia gradū doctoratus ascēdat, sed ad sobrietatem sape-

in l. r. §. si impuberi. de coll. bon. Dic quod quamuis filius ius non habeat in bonis patris purum, & de presenti, ius tamen habet conditionale, s. si filius patri supervixerit, & hereditas delata fuerit, quia spe & legis quadam ordinatione hereditas patris debet ad filios peruenire, & tale est votum parentum. l. scripto. ff. unde libel. l. cum ratio. de bono. damn. licet talis iuris executio uiuo patre fieri non possit. Rip. in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 10. de verb. obli. inquiring, quod quantum ad ef-

fectum disponendi, filius nullum ius habet in bonis patris, secus quantum ad effectum conseruandi, & amittendi spem successionis deuoluendæ ab intestato, ut scribit idem Bec. consi. 74 nume. 24. libro primo. p. quo fac. etiã quæ scribit la. in l. sciendum. colum. pen. post med. ff. qui stitid. cog. dum quærit, an possessio immobilium patris proit filio? & an æstimum patris censeatur æstimum filij, ubi plura no. de filio, an & qualiter dicatur habere ius in bonis patris. Masue.

F I N I S.

Series Chartarum.

A B C D E F G H.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN
OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ.

AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III
KKK LLL MMM NNN OOO PPP QQQ RRR
SSS TTT.

Omnes sunt Quaterniones.

V E N E T I I S,
Apud Altobellum Salicatum.
M D LXXXVI.